

Crepides Helvetiae : accuratius disternatae

Autor(en): **Hallerum, A.**

Objektyp: **Article**

Zeitschrift: **Naturwissenschaftlicher Anzeiger der Allgemeinen Schweizerischen Gesellschaft für die Gesamten Naturwissenschaften**

Band (Jahr): **1 (1817)**

Heft 12

PDF erstellt am: **11.07.2024**

Persistenter Link: <https://doi.org/10.5169/seals-389176>

Nutzungsbedingungen

Die ETH-Bibliothek ist Anbieterin der digitalisierten Zeitschriften. Sie besitzt keine Urheberrechte an den Inhalten der Zeitschriften. Die Rechte liegen in der Regel bei den Herausgebern.

Die auf der Plattform e-periodica veröffentlichten Dokumente stehen für nicht-kommerzielle Zwecke in Lehre und Forschung sowie für die private Nutzung frei zur Verfügung. Einzelne Dateien oder Ausdrucke aus diesem Angebot können zusammen mit diesen Nutzungsbedingungen und den korrekten Herkunftsbezeichnungen weitergegeben werden.

Das Veröffentlichen von Bildern in Print- und Online-Publikationen ist nur mit vorheriger Genehmigung der Rechteinhaber erlaubt. Die systematische Speicherung von Teilen des elektronischen Angebots auf anderen Servern bedarf ebenfalls des schriftlichen Einverständnisses der Rechteinhaber.

Haftungsausschluss

Alle Angaben erfolgen ohne Gewähr für Vollständigkeit oder Richtigkeit. Es wird keine Haftung übernommen für Schäden durch die Verwendung von Informationen aus diesem Online-Angebot oder durch das Fehlen von Informationen. Dies gilt auch für Inhalte Dritter, die über dieses Angebot zugänglich sind.

CREPIDES HELVETIAE

accuratius disternatae per Alb. Hallerum fil.

In Historia Plantarum Delphinatus III. 146., libro observationibus novis et subtilibus ornato plurimis, monet Villarsius, errorum confusio- nisque in operibus botanicorum causam, prae- sertim in speciebus generis naturalis ideoque cautius disternandis, in eo positam esse, quod regio eadem, non omnes, sed plures tantum species generis cujusdam alat, omnibus autem notae quaedam communes sint, praeter generi- cas, et quod habitus, divisio caulis, foliorum figura, aliaeque notae spectabiles plurimum va- rient, pro situ plantae vario, immo in uno et eo- dem individuo pro eorum situ relativo. Hujus confusionis specimina vidimus in *Anchusis*, tot variisque plantis pro officinali venditatis, in *Crepidibus*, cum Itali *Cr. setosam*, Villarsius *taraxacifoliam* pro *Cr. tectorum* L. habuerint. Beata vero patria, in mediâ quasi Europa sita, plantas diversissimarum alit regionum, atque quasi terminum sistit plurium, v. gr. Hunga- ricæ *Geranium divaricatum*, *bohemicum*, *Sisymbrium pannonicum*, *Astragalus exscap- us*, ad occidentem Helvetiae nusquam occur- runt, uti *Phleum commutatum*, *Potentilla glacialis*, *Saxifragae* quaedam ad orientem. *Crepidis* genus Europae proprium pene, et Helvetia species plures fert quavis fere aliâ ditione; nam terminus orientalis est *Cr. ta- raxacifoliae*, occidentalis *globiferae*, septen- trionalis *setosae*, australis *tectorum*. His mo- tus per multos abhinc annos huic generi, et Hieraciis operam et studium impendi.

Antiquiores botanici quasdam habent spe- cies; genere vero non constituto, ad Hiera-

cium genus referebant. Nec icones, nec descri- ptiones magni sunt momenti, quoniam in notis maxime variabilibus, ut folia, divisio caulis, attentis, constantes neglexere. Vaillantius pri- mus eas in genus, *Hieracioïdes* dictum, coëgit, Linnaeus postea, talia improbens nomina, de- nominatione abs planta alii generis, ejusdem tamen familiae, mutuâtâ, *Crepidis* nuncupa- vit. Moenchius; qui in Methodo plurima dis- cerpsit genera, et hoc in duo partitus est, caractere a prolongatione seminis ducto, quem postea Candollaes sequutus est. Ejusmodi autem character nimis exilis videtur ad divi- dendum genus, bonum ceterum, nec numero- sum, habituque communi junctum. Mihi is tantum pappus juste recteque stipitatus dicitur, qui stipiti proprio, in apice seminis quasi ar- ticulato, demum ab illo sponte solubili et cum illo avolante, insidet ut in *Taraxaco*, *Chondrillâ*, in *Barkhausia* vero Moenchii, in- tegumentum seminis, valde attenuatum, sed sulcos, costasque denticulatas suas tamen ser- vans, longius ultra embryonem continuatur.

Char. gen. Calyx calyculatus multiflorus: Squamis interioribus simplici serie, exterioribus multo minoribus, totis ab interioribus solutis, fabricae diversae, patulis, seu reflexis, post anthesin cito marcescentibus, immo deciduis. Receptaculum alveolatum, nudiusculum, aut pilosum, limbo alveolorum ciliato. Pappus sessilis.

Habitus. Radix fusiformis, aut fibrosa, annua aut biennis. Caulis striatus s. sulcatus, absque laesione semper erectus, divisus aut ramosus; folia oblonga, nervis pinnatis, mul- tifarie pinnatim divisa, aut dentata tantum, caulinis amplexicaulibus hamatis s. sagittatis, basi foliorum utrinque infra insertionem prolonga-



tâ, pedunculis subjecta, linearia, margine revoluta; inflorescentia plerumque fastigiata, squamarum interiorum calycis dorso, semine maturante, saepius fungoso-incrassato. Pappus niveus, mollissimus, nitens.

SPECIES.

A. *Barkhausiae* Moench. Semina disci valde attenuata, elongata, ut pappus stipitatus videatur; ceterum 10. sulcata, 10. costata, costis serrulato-scabris. Pedunculi plerumque incrassati. Receptaculum pilosum.

1. *Caule paucifloro.*

1. *Cr. alpina*, calyce exteriori membranaceo scarioso, caule 1-3-floro. L. Gmel. sib. II. p. 16. T. V. Gärt. t. 158.

In M. Generoso. Lachenal. ♂. VI. VII.

Folia caulina ovata, s. ovato-lanceolata, dentata. Flos maximus generis, uncialis fere.

2. *Caulibus multifloris.*

2. *Cr. foetida*, piloso-scabra, caule ramoso, ramis subunifloris, floribus ante anthesin nutantibus, squamis interioribus calycinis dorso pellitis, basi apiceque pedunculorum setulis capitatis adspersis. L. Hall. Enum. 750. n. 1. Hist. n. 29.

In temperatori, calidiori ad vias, in siccis. ♂. ☉. VI — X.

Radix praecipue, et anthodium s. flos, graveolens, odore castorei, amygdalarum amararum, foliorum juglandis, corticis salicis etc. Herba cinerascens pilis crebrioribus. Caulis 1 — 1 ½. pedalis, a basi fere ramos emittit, nudos, s. pedunculos 1-rarius 2-3-floros. Folia pinnatifida, pinnis s. laciniis triangularibus peracutis, denticulatis nec ne, denticulis acutis, quasi mucronatis, terminali maximâ, ut in toto fere genere, triangulâ: basin versus minores, pinnatae, ut petiolus dentatus dicatur. Flosculi subtus rubro-vittati. Dorsum calycinarum squamarum interiorum pilis brevibus, densissimis vestitum, exteriores ovatae, glabriusculae, s. ovato-lanceolatae pubescentes, apice fuscae. Semina in concavitate squamarum calycis sita minus longe attenuata, ideo pappus subsessilis dicitur.

3. *Cr. taraxacifolia*, piloso-scabra, cauli a basi ramoso, ramis multifloris, calycibus conico-cylindricis, squamis exterioribus ovato-lanceolatis, interioribus triplo majoribus, tomentosus, muricatis Hall. Enum. 750. n. 2. Hist. n. 30. Lachenal Diss. in Actis Basil. Novis 1. n. 7. De Cand. fl. fr. n. . . .

In siccis fere ubique extra frigidiorum Helvetiam. ♂. V. ☉. IX. X.

Herba cinerascens. Caulis inferne et ad folia insigniter purpurascens, 1 — 2'. Folia lyrato-pinnata, pinnâ terminali maxima deltoideâ dentatâ, ceteris sublinearibus dentatis. Caulina pinnatifida, basi in lacinias approximatas, lineares, imas recurvas secta, ad instar fere stipularum *Violae tricoloris*. Calyces facie albidâ, farinosâ, dorso squamarum ad marginem membranaceum usque tomentosus, quod tomentum ex pilis albis adpressis implexis constat, et in pedunculos descendit: ad mixtae setulae capitatae. Flosculi sulfurei, subtus pallidiores, rubro-vittati.

4. *Cr. setosa*, herbâ glabriusculâ, setis herbaceis adpersâ, calycibus glabriusculis, carinâ setosis, caule ramoso, ramis multifloris fastigiatis. Hall. Hist. n. 32. Lachenal. Diss. cit. Roem. Arch. . . . Winterl. Hortus. Pest. *Crepis aspera*. fig. 3. sed descriptio melior quam icon. De Cand. Ic. rar. t. . .

In transalpinis vulgo, cis alpes seminibus tantum casu advenis provenit, mox disparet. ♂. V — IX.

Caulis 1 — 1 ½. Herba laete virens. Folia radicalia lyrato-pinnatifida laciniis linearibus lanceolatisque, summa ovato-triangulari, subinde protracta; sed in sterili terrâ, s. in olla culta, folia oblonga, dentata, subsinuata; quod omnibus crepidibus accidit, inprimis laete virentibus. Flosculi citrini, concolores.

5. *Cr. recognita*, herbâ pilosiusculâ, calycibus cylindricis, squamis interioribus 4-plo longioribus, tomentosulis, carinâ nigro-setosis, exterioribus ovatis. N.

Ad vias calidioris Helvetiae. ♂. V. ☉. IX. X.

Caulis 1. pube rarâ adpersus, ramosus, floribus fastigiatis. Folia radicalia in plantis spontaneis minus alte divisa, saepius repando-dentata: caulina similia, aut basi laciniis aliquot lienaribus. Radix fusiformis inodora. Planta facilius abs congeneribus distinguenda, quam notis gravibus designanda; diversis annis, diverso situ semper se calycibus cylindricis, foliis cauloque multo rarioribus pilis adpersis, minus divisus distinguebat.

B. *Crepides* Dec. seminibus non vel parum ultra embryonem attenuatis, glabris aut scabris.

1. *Receptaculis pilosis floribus plantisque majoribus.*

6. *Cr. biennis*, caule paniculato foliis hirsuto-scabris runcinato-pinnatifidis, lobis antice dentatis, calyce nigro-muricatis, seminibus longis, multisulcatis, laevibus. L. Hall. Enum. 750. n. 3. Hist. n. 31. Lachenal Diss. n. 8. Gärtn. t. 158.

In pratis, herbosis. ♂. V. VI.

Caulis solitarius, rectus, 2—4'. basi hirsutus. Folia saturate viridia, pinnulis s. laciniis late-lanceolatis, recurvis: etiam caulina. Flosculi citrini concolores. Flores prioribus fere majores, exceptâ *alpinâ*. Calycis squamae exteriores ovato-lanceolatae interiores duplo triplo-ve saltem majores, setis nigris hispidae, tomento parco. Fortioribus lentibus denticulos seminum non conspicere valui, quos Schkuhrius pingit t. 222.

7. *Cr. globifera*, calycibus post anthesin globoso-conniventibus, pedunculis incrassatis, seminibus marginalibus incurvis, centralibus rectis, sub fusiformibus, costatis, laeviusculis. *Cr. Dioscoridis* Lachenal Diss. n. Schkuhr. t. 222. De Cand. Jc. rar. t. 18.

In planiori, mitiori Helvetiâ, Germaniae contermina. ☉. VII. VIII.

Caulis 2''. apice in pedunculos plerumque simplices divergentes divisus, scabriusculus. Folia radicalia pinnatifida, caulina oblonga, sinuato-dentata, basi incisa quoque auriculis s. hamis brevibus. Calycis squamae exteriores valde inaequales, apice sphacelatae, inte-

riores toto dorso albo-tomentosae, carinâ pilis capitis hispida fulvis, eis 2-plo, triplo longioribus. Flosculi extus pallidiores rubro-vittati. Semina fusca, in Schkuhrii icone citatâ breviora pinguntur, costis paucioribus, in alas expansis, quod in meis non ita se habet. Cum valde incertum sit, hanc speciem non Linnaei *Cr. Dioscoridis* esse, nomen mutare satius duxi.

2. *Receptaculis nudiusculis, non pilosis, plantis floribusque minoribus glabriusculis.*

8. *Cr. tectorum*, foliis cauleque glabriusculis, seminibus fusiformibus, sulcatis costatis, costis serrulato-scabris „pappo calycem superante“ *Treviranus* L.

α. Foliis runcinato-pinnatifidis, aut repando-dentatis, caulinis lanceolatis, basi incisis:

β. Foliis plerumque integerrimis, oblonge linearibus elongatis, glabris, auriculis brevissimis. Gmelin sib. II. T. XI. Hall. 31. β? In Icone Gmelini flores nostrâ majores, sed folia et habitus bene.

α. Hinc inde, sed rarior

β. in glareis torrentum alpium austrum spectantium. ☉? VII.

Caulis 1'. Folia tenella, laete virentia sicca subpellucida, caulina magis ad lanceolatam figuram accedunt, quam in aliis speciebus. Calyces subcylindrici, squamis interioribus toto dorso hispidis, setis capitatis viridi-nigris, et fulvis, intermixtis pilis albis adpressis crispo-contextis, quae etiam in pedicellos transeunt: exteriores lineares, fulvellae, subinde setulosae, 4-plo breviores. In β folia longiora, caulis altior, fere crassior, ita ut specie distinxissem, ni calyces et semina omni puncto similia essent: nam hic, mutatio in folia angusta integerrima, non abs impedito laeto vegetationis progressu oriri potest, cum planta ceterum habitior fit. Synonymon Linneanum huc traho, quia Smith in Fl. Brit. semina crenulata dicit.

9. *Cr. virens*, foliis cauleque glabriusculis, seminibus subcylindricis laevibus, sulcis nullis, costis pallidioribus, triplo angustioribus quam intervalla „pappo calycem vix excedente“ *Treviranus* L. Hall. Enum. 751. n. 4. Hist. n. 33. Lachenal. Diss. n. X. var. 2da.

- a. Caule altiore, foliis radicalibus caulinisque pectinato pinnatifidis, calycis squamis interioribus carinâ setosohispidis, basi tomentosis. Hieracium II. Tab. Hist. minus Discoridis Ic. 181.
- b. Caule recto, circiter pedati, foliis radicalibus runcinato-pinnatifidis, apice triangulo-lanceolato, caulinis lanceolatis, basi incis, calyce simili. *Cr. stricta*. Scop. Carn. t. 47. nostram non male sistit.
- c. Caule simili, foliis repando-dentatis.
- d. Caulibus pluribus, seu a radice divis, patulo-divergentibus, pedunculis setaceis, foliis radicalibus runcinato-pinnatifidis, caulinis integris sagittatis, calycibus basi tomentosis aut glabris.

Vulgatissima planta a. b. c. ubique. d. in agris aut pascuis autumnò legitur, plantâ, ante foecundationem falce aut dente pecoris decerpta, denuo vegetante, sed ob tempus minus aptum plantam graciliorem, aut ramos graciles ex trunco decerpto. ♂. V. — VII. ☉. VII. — X.

Planta maxime varians caulis altitudine, divisione, habitu, figurâ foliorum, pube, et priori persimili, ita ut nec descriptiones nec icones autorum, etiam recentiorum, v. gr. Santi viaggio t. II., cum aliquâ fiduciâ adlegari queant. Tamen nullus dubito, quin ad var. d. pertineat *Lapsana capillaris* L. spec. pl. Ed. I. p. 812. et *Cr. virens* Ed. II. Probabile quoque est mihi, *Cr. dioscoridis* L. Ed. II. ad hanc speciem nostram aut ad *Cr. tectorum*, si *Cr. tectorum* L. forte non nostra esset, referendam.

Continuation du Mémoire sur les blocs de granite etc. par J. A. De Luc, inséré dans le précédent numéro.

Genève le 13 May 1818.

L'hypothèse des explosions des fluides élastiques intérieurs est la conséquence immédiate des phénomènes. Comment, par exemple, expliquer sans elles l'étonnante dispersion des fragmens de Jade dans le bassin de Genève? J'ai observé ces fragmens dans 48 points différens repartis sur une surface de 20 lieues de circonférence; on les trouve à tous les niveaux,

depuis celui du lit des rivières jusqu'à 6 ou 700 pieds audessus; sur la base du Jura, du Salève et du Vouache. Ils sont mêlés avec les débris d'un grand nombre d'autres roches. Que d'explosions! Que de conflits des eaux entr'elles! *) pour produire une telle dispersion et un tel mélange; pour réduire une multitude de couches en des accumulations immenses de pierres arrondies, de graviers, de sables et de terres glaises!

Il est remarquable que le Jade qui est une des roches primitives les plus abondantes parmi les pierres éparses du Bassin de Genève, ne se trouve nulle part dans les montagnes voisines, et qu'avant de trouver cette roche en place il faut remonter jusqu'à la valle de Bagne ou de Saas, dans le haut Valais.

On demandera quelle probabilité y a-t-il que le Jade se soit trouvé audessous de nôtre bassin.

La réponse nous sera fournie par M. M. de Buch et de Humboldt etc.

„L'Euphotide dont le Jade est la base, „dit le premier Auteur**), est une roche abondamment répandue dans les quatre parties du „monde, elle constitue des terrains entiers de „plusieurs milles (d'Allemagne) d'étendue, elle „s'élève à de hauteurs considérables; elle se „trouve dans le haut Valais, en Corse, en „Chypre, dans le Hartz, en Silésie, en Au„triche, en Norwège, dans l'Isle de Cuba etc.“

Cette roche règne donc sur tout le globe et là où on ne la voit pas à la surface du sol, on peut supposer qu'elle existe audessous; il en est, sans doute, de même de toutes les roches dont nous trouvons des débris dans le bassin de Genève, les couches dont ils sont les restes y étaient à des profondeurs plus ou moins grandes.

Comme dans le bassin de Genève, le Jade se trouve en Amérique en fragmens épars sans qu'ils soient venus d'aucune montagne. „Malgré nos courses longues, dit Mr. de Humboldt ***) et fréquentes dans les Cordillères

*) Traité élémentaire de Géologie, par De Luc, Paris, 1809. §. 292. 295.

**) Bulletin de la Soc. philom. de Paris, 1817. p. 21. 22. mémoire sur l'Euphotide.

***) Vues des Cordillères T. I. p. 319. 330.